

Translatores biblie

Translatores seu interptes
Biblie fuerunt multiplices.

Notandum quod translatores et interptes biblie multi fuerunt. sicut dicit magister in historijs. quia anno incarnationis domini annis. ccxliij. tpib. **P**tolomei philadelphi regis egypti septuagita interptes floruerunt. quod leges et prophetas hoc modo transtulerunt. **P**tolomeus studiosus et librorum cupidus picipiens apud iudeos legem esse ore dei editam. et digito illius scriptam missis epistolis et muneribus rogauit eleazar pontificem indeorum ut sibi viros seniores hebraice et grece lingue pitos quod interpretari et transferre valerent dirigeret. **E**tiam sua desideria essent ea in greco translatam habere. et arcuis regalibus interesse. **E**leazarus autem annuens ei petitioni. de unaque tribu sex legiferos vel legiferetes destinavit. **S**ed sunt scriptum ad duo interpres. quod licet septuagita duo fuerunt more sacra scripture. tamen communiter dicuntur septuaginta. quod si duo sunt hoc est modicum respectu septuaginta. **Q**ui venientes ad regem pentateucum et prophetas transserentes coram rege disputauerunt de uno deo colendo. et quod nulla creatura esset deus. **I**nde est quod ybicius occurrebat eis in transferendo de trinitate vel sub silentio pteribat vel enigmata transstulerunt netres deos colendos tradidisse viderent. **S**ic de incarnatione verbi facientes. **A**ll translatio septuagintaduum quod est supflua. quoniam diminuta. **P**ost incarnationem autem domini et passionem annis. c. xxiiij. **A**qua quidam iudeus ad fidem querens. sed postea in heresim lapsus. pmus interpres fecit aliam translationem de hebraico in grecum tpe Hadriani imperatoris. **E**ninde per annos liij. Theodotion fecit tertiam translationem sub loco modo. **E**ninde post annos triginta Symmachus interpres claruit sub Neucro. **E**ninde post annos octo invenita est quodaz translationis hierosolymis. cuius autor ignoratur. que dicta est vulgata translatione vel quinta editio. **E**ninde post annos. xvij. tpe Alexandri superuenit Origenes videns istas translationes imperfectas. incepit corrigerem translationem lxxij. interptum per posteriores iam dictas translationes. vel finem aliquos solum translationem Theodotionis correxit. et miscuit. scilicet supplex diminuta. et resecans supflua. **U**bicunque igitur ad translationem lxxij. interptum aliquod addi-

dit ex translatis sequentibus. vel ubi addidit quod deerant ibi ponebat astericus vel asteriscus. scilicet stellam vel formam astris per quod innuit quod per additionem illius elucescet. **E**t dicitur astericus ab aster et icon. quod est imago vel signum. quia apud grecos icon scribitur per ei diaphongon. et dicitur astericus finem modernos vel asteriscus finem antiquos. et tunc dicitur ab astris. scilicet stella. et icon. **A**bi vero era superfluum ponebat obelum. **O**belos enim grece dicitur sagitta latine vel veru. signas per hoc quod linea ibi superflua erat. **E**ninde ipse Origenes fecit aliam translationem per seplena sine his signis. **H**i omnes transstulerunt de hebraico in grecum. **E**ninde quodam volentes habere oes istas translationes simul scribebant libros. sic eos ordinantes. quod in medio cuiuslibet folii ponebant sex columnas a summo deosulum descendentes. permanentes in prima yba translationis prima. in secunda secunde. et sic de aliis. **E**t isti libri dicti sunt hexapla ab hexa grece quod est sex latine. quod si sexcupla. vel dicuntur hexapla. quasi liber habens sex translationes rectas vel rectificatas. **Q**uidam tamen hexapla exponunt simpliciter per exemplaria. **E**t his temporibus multis ytriusque lingue scoli fecerunt alias translationes de predictis grecis translationibus in latinum. **M**ouissime suogeniens beatus Hieronymus. gitus in tribus linguis hebraica grecia et latina: primo corredit translationem lxxij. interpretum cum in latino astericis et obelis postea vero transstulit immediate bibliam de hebreo in latinum sine astericis et obelis. **E**t hac translatione nunc ybiq; videntur tota rhomanus ecclesia. licet non in omnibus libris. **E**t ipsius translationis merito ceteri anteferunt. quod est vetustate verborum tenacior et perspicuitate sententie clarius. **E**t translationis prima. scilicet lxxij. interpretum facta est in Alexandria civitate quod metropolis est egypti. Alio autem translationes in diversis partibus mundi ubi tunc magistri polluerunt. **N**ota quod ybicunq; in libris veteris testamenti mendositas reperiuntur. recurrentum est ad volumina hebreorum. quod vetus testamentum primo in lingua hebreorum scriptum est. **V**ero in libris noui testamenti recurrentum est ad volumina grecorum. quod nouum testamentum primo in lingua greca scriptum est preter euangeliu Matthiei et epistolam pauli ad hebreos.

Quatuor sunt modi seu regule exponendi sacram scripturam.

Notandum quod omnis sacra scriptura quadriformi ratione distinguit sive exponit. Aut enim in historiaco vel litterali intellectu. aut allegorico aut anagogico. aut tropologico vel morali solet accipi. Historia namque est quod res aliquod quoniam in libro dicta vel facta sit planis simone referit. ut cum dicit. Propterea Israel ex Egypto saluatus tabernaculum domino fecit. Et dicit ab histeroni. i. videre vel cognoscere. quod antiquitus nemo scribebat historiam nisi qui vidisset. Et sic quoniam dictiones intelliguntur simpliciter ut sonant. est sensus litteral vel historiacus. Allegoria autem est mysterium vel similitudo quoniam in figurata loquimur. ubi aliud est in veritate. aliud in sententia. Et dicit ab alio quod est alienum. et genus ductio vel locutio. quod vnuus dicitur et aliud intelligit. Uel cum verbis sive rebus mysticis presentia Christi et ecclesie sacramenta signantur. Verbis videlicet ut ait Isaia. Egregies te erga de radice iesse. quod apte est dicere. Nasceretur virgo maria de stirpe dauid et de ea Christus nasceretur. Rebus mysticis est populus Israel ab Egyptiaca fuitute per sanguinem agni liberatus. Allegorice ecclesiam significat que per passionem Christi a demoniaca fuitute libertata est. Et nota quod allegoria multis modis exponit. Quandoque a persona. ut Isaac significat Christum. Quandoque a re non a persona. ut aries occisus significat Christi carneum passam. Quandoque a loco. ut Christus predicaturus ascendit in montem. ubi eminentia loci significat eius sapientiam et excellentiam. Quandoque a numero. ut apprehendunt septem mulieres virum unum. id est. septem dona gratiarum Christum. Quandoque a negotio vel facto. ut intersectio golgia dauid interfectorum diaboli a Christo significat. Anagogia autem ad superiora est dicens locutio quod de proprio futuro. et de ea quod in celis est vita futura. apertis sive mysticis sermonibus disputat. Aperte ut cum dicit. Beati mundo corde. Mysticis. ut cum dicit. Beati qui lauant stolas suas ut sit illis potestas in ligno vite et portas in trent ciuitatem. Quod sic exponit anagogice. Beati qui mundant cogitationes suas et actiones ut sit illis potestas videndi dominum nostrum Iesum Christum. qui dicit. Ego sum via veritas et vita

per doctrinam et exempla precedentium patrum intrant in regna celorum. Et sic est differentia inter allegoriam et anagogiam. quia allegoria est mysticus sensus pertinens ad militarem ecclesiam in qua sumus. sed anagogia est apertus sensus pertinens ad ecclesiam triumphantem que est communitas sanctorum tam triumphans et regnans. Tropologia vero est moralis locutio que ad instructiores et correctores animos mystice sive aperte respicit. Hystice. ut ait Salomon. Omnes tempore sint vestimenta tua candida. et oleum de capite tuo non deficiat quod est dicere. Omnes tempore sint opera tua munda. et charitas de corde tuo non deficiat. Aperte. ut Johannes dicit. Filii non diligamus verbo neque lingua. sed opere et veritate. Et ut breuiter habeas. Historia docet factum. Tropologia faciendum. Allegoria credendum. Anagogia appetendum. Unde Vir gesta docet. quid credas allegoria. Moralis quid agas. quo tecum agas anagogia. Hec patent in ista dictione hierusalem. Historice enim est nomen ciuitatis. Tropologice est typus anime fidelis. Allegorice figura ecclesie militantis. Anagogice typum gerit ecclesie triumphantis. Unde. Sicut hierusalem polis est terrena fidelis. Constanter ecclesia mons fortis patria summa.